



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XIII. De eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

TIT. XII.

1. *Quæ dicitur Cognatio legalis?*

Est proximitas quædam, quæ per adoptionem vel adrogationem alicujus contrahitur. Ideo dicta legalis, quia adoptio juris est, non naturalis aut gentium, sed civilis, legisque civilis inventum.

2. *Cognatio hæc legalis inter quos impeditur contrahi nuptias?*

I. Inter ascendentes & descendentes, adoptantis scilicet & adoptati, in infinitum: quia nec adoptionis dissolutione, nec emancipatione tollitur cognatio legalis. II. inter eos, qui a latere per adoptionem conjuncti sunt, scilicet adoptatum & filios naturales adoptantis; neque enim sororem adoptivam potest quis uxorem ducere. Idque durante adoptione, quia ea sublata per emancipationem *c. un. b. t.* cognatio hæc tollitur.

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

TIT. XIII.

Hoc Tit. agitur de adfinitate contracta per illicitam copulam, habitam cum con-

consanguinea uxoris vel sponsæ
vero sequente de adfinitate contra
per copulam licitam.

1. *Quid igitur est juris, contracta adfinitate
per copulam illicitam, id est, cum consanguinea
sponsæ vel uxoris?*

Distingendum est, an adfinitas
necaria supervenerit post contracta
sponsalia vel matrimonium, an vero
rit contracta adfinitas ante matrimo-

e. 1. 8. 9. & ulu. b. 1. um. Priori casu sponsalia de futuro
solvuntur, neque tum ei, qui cognovit
consanguineam sponsæ suæ de futuro
cognovit sponsam illam suam sibi habere
rem, potestque illa impune alii nubere.
Sponsalia vero de presenti, quæ sunt
ipsum matrimonium, adfinitas ex fornicatione
supervenienti non dissolvitur. Posteriori
casu dirimitur matrimonium, si
impeditur contrahendum usque ad certum
gradum jure Decretal. quod est
usque ad secundum gradum restrictum
est ex decreto Conc. Trid.

e. 1. 6. & 7. ead. Sess. 24. c. 4. de reform. matrim. tum gradum jure Decretal. quod est
usque ad secundum gradum restrictum
est ex decreto Conc. Trid.

2. *Dixi: Ob adfinitatem ex fornicatione
tam non dirimi matrimonium. Quæ est
pœna ejus, qui uxoris suæ consanguineam
cognovit?*

Quod ab uxore sua, cui jam adfinis *d. c. i. & c.*
est, debitum conjugale exigere nequeat, *4. h. t.*
reddere tamen uxori petenti debitum te-
neatur: quia uxor, quæ non fuit parti-
iceps hujusmodi criminis, jure suo non *c. 6. vers.*
debet sine sua culpa privari. *sed nech. t.*

(Distinctio inter exactionem, *denegatam*
hoc casu, & redditionem, *nihilominus concessam*, debiti conjugalis est inepta: cum enim
matrimonium subsistat, & exactio & redditio li-
cita erit.)

De Consanguinitate & Adfini-
tate.

TIT. XIV.

Hic agitur de adfinitate ex copula licita,
deque cognatione naturali seu con-
sanguinitate, quæ est inter sanguine
junctos: inter quos non omnibus licet
contrahere matrimonium sicut neque
inter adfines.

1. Quid est Consanguinitas?

Est vinculum seu propinquitas, sive
coherentia personarum, ex eodem
stipite seu sanguine propinquo descen-
dentium.

2. Quotuplex est?

Triplex, juxta triplicem linearum or-
dinem, scil. Ascendentium, Descenden-
tium & Collateralium. *Ascendentes* sunt

V 5 paren-